



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 66. Hostiles Jægerndorffii excursiones in Moraviam & Silesiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. metuere pænam quisquam cogatur, sanc*t*u
A. C. 1621. affirmamus, & hoc ipso confirmamus,
 contra vero Principes, Status, & subdi-
 tos Silesiæ omnes, ut nec Proscripti-
 i*st*ius, nec cujusquam alterius dolis &
 figmentis seduci sese patientur, sed in ter-
 minis transactionis se contineant. & mo-
 dis omnibus id agant, ut Proscriptus
 iste, a quo delusi non semel fuerint, cum
 omnibus ejus affectis opprimatur, & pro-
 vincia omnis, eo sublato tranquillitati &
 vitori prisino suo restituatur, monemus.

§. LXVI.

*Hostiles Jægerndorffii excursiones in
 Moraviam, & Silesiam.*

*Bellus l. c.
 Merc. l. 2.
 tom. 9.
 Brachel.
 l. c. p. 39.*

Postquam Jægerndorffius cum Beth-
 lenio in Moraviam, ut supra retu-
 limus, irruperat, Scalitsium, Rauberti,
 quem in gratiam receptum Cæsar huic
 arcii præfecerat, perfidia occupavit,
 cumque Scalitsenses præsidiarii pari-
 ter arcem & oppidum ultronea dedi-
 tione cederent, Jægerndorffius nullo
 ferme negotio plurima Moraviæ loca
 suæ potestatis fecit: brevi tamen hu-
 jus victoriæ cursus hæserat, postquam
 Cæsar ductoribus Esterhasio, Wallen-
 steinio & Hanibale Donavio, copias
 suas in hosce prædones emiserat; quip-
 pe intercepto prius Jægerndorffio, ab
 lati-

latisque aliquot belli tormentis Cæsa- Sæc. XVII.
 rei Leipnicum, quod paulo ante hostis A.C. 1621.
 deditioce ceperat, recuperarunt, tan-
 demque Jægerndorffium cæsis suorum
 non paucis, & maxima parte copia-
 rum intercepta e Silesia ejecerunt, a-
 missa etiam Glaza, quam Turianus
 Junior animo quam fortuna meliore,
 incassum defenderat. Demum om-
 nis redeundi spes Jægerndorffio præ-
 cisa videbatur, postquam die vigesima
 tertia Octobris Silesii Ordines Vratis-
 laviæ, nomine Cæsaris Electori Saxo-
 nico fidelitatis juramentum præstitere;
 nequicquam enim Jægerndorffius datis
 suis literis Sileios ab obsequio dehor-
 tabatur, cum econtra hi ultro pecu-
 niarum subsidia, & auxiliares copias
 Cæsari pollicerentur, quo facta pax
 per universam Silesiam promulgata est.

§. LXVII.

Hispani exercitus victoria, & clades.

Dum interea inter Hispanos, & Fœ- Meteran.
 deratos Ordines bellum ferveret, Bellus, &
 & prædationibus, mutuisque cædibus Merc. I. c.
 ac præliis certaretur, Balthasar Mara-
 dius Taborensem urbem in Bohemia
 post acerrimam integri anni obsidionem
 die decima octava Novembris ad de-
 ditionem compulit: in Palatinatu au-

Hist. Eccles. Tom. LVII. O tem